

ITEM<sup>1</sup> EPISTOLA PRAECEPTORUM SANCTI CLEMENTIS PAPAE MISSA IACOBO FRATRI DOMINI.

[H. 45] Clemens Romanae ecclesiae praesul Iacobo carissimo<sup>2</sup> Hierosolimorum episcopo.

Quoniam sicut a beato<sup>3</sup> Petro apostolo accepimus omnium apostolorum patre, qui claves regni  
 5 caelestis accepit<sup>4</sup>, ac<sup>5</sup> qualiter tenere debemus de sacramentis, quae geruntur in sanctis, te ex  
 ordine nos decet<sup>6</sup> instruere. Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta divinorum<sup>7</sup>  
 secretorum, id est presbyter<sup>8</sup>, diaconus et minister<sup>9</sup>, cum timore et tremore clericorum<sup>10</sup> reliquias  
 corporis dominici debent<sup>11</sup> custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacrario inveniatur, et<sup>12</sup> si<sup>13</sup>  
 negligenter agendo<sup>14</sup> portioni<sup>15</sup> corporis et<sup>16</sup> sanguinis domini<sup>17</sup> nostri Iesu Christi<sup>18</sup> presbyter  
 10 minora non curet<sup>19</sup> admonere officia, gravi anathemate percussus<sup>20</sup> digna humiliationis plaga

---

### Quellen:

3-71: *Clemens – clericorum*. Sec. epistola Clem. (Op. Leon. M. ed. Baller. 3, 674).

### Rezeption:

5-41: Quoniam – manducavit: Coll. Ans. ded. IV,42

6-8: *Tribus – fragmentorum*. Ivo, Decr. II,64 (= Coll. trip. I,1,12)

6-8: *Tribus – fragmentorum*. Gratian, D. II de cons., c.23 (s. auch 11-17 und 36-41)

---

<sup>1</sup> ITEM EPISTOLA PRAECEPTORUM SANCTI CLEMENTIS PAPAE MISSA IACOBO FRATRI DOMINI *fehlt* I83

<sup>2</sup> carissimo] karissimo et N442

<sup>3</sup> beato *korr. aus* beto VD38

<sup>4</sup> accepit *korr. aus* accipit V630

<sup>5</sup> ac qualiter] aequaliter V630; I83; VD38

<sup>6</sup> docet VD38

<sup>7</sup> divinorum *korr. aus* divinarum V630

<sup>8</sup> presbyter, diaconus et minister] presbytero, diacono et ministro qui V630; presbytero, diacono et ministro I83

<sup>9</sup> ministri N442

<sup>10</sup> clerici I83

<sup>11</sup> debet VD38

<sup>12</sup> et si] ne cum V630

<sup>13</sup> si *fehlt* I83

<sup>14</sup> agitur V630; agatur nec I83;

<sup>15</sup> portioni] de portione VD38

<sup>16</sup> et sanguinis *fehlt* V630; VD38

<sup>17</sup> domini *korr. zu* domini gravis inferatur iniuria Communio enim corporis domini V630; domini gravis inferatur iniuria Communio enim corporis domini I83

<sup>18</sup> Christi] Christi si negligenter erogetur et V630; Christi si negligenter agatur et I83

<sup>19</sup> curat I83; VD38

<sup>20</sup> percussus *fehlt* V630; percussus pro iudicio I83

feriatur<sup>21</sup>. Certe tanta in altario<sup>22</sup> holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastina non reserventur<sup>23</sup>, sed cum timore et tremore clericorum et diligentia consumantur. Qui<sup>24</sup> autem residua corporis domini, quae in sacrario relictas sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos<sup>25</sup> conveniant, ne putent sanctae portioni commisceri<sup>26</sup> cibum, qui per aqualiculos<sup>27</sup> degestus in secessum funditur. Si igitur mane dominica portio editur, usque ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserint<sup>28</sup>, et si tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent usque ad vesperum<sup>29</sup>. Sic secreta sanctificatione aeterna custodienda sunt sacramenta. De vasis sane<sup>30</sup> sacris ita gerendum est: altaris palla, cathedra, candelabrum et velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea, quae in sanctuario fuerint, male tractari<sup>31</sup>, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio<sup>32</sup> inferantur, ubi nullus transitum<sup>33</sup> habeat<sup>34</sup>, aut in pariete aut in fossis pavementorum iacentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obvolvendum, aut

### Quellen:

3-71: *Clemens – clericorum*: Sec. epistola Clem. (Op. Leon. M. ed. Baller. 3, 674).

### Rezeption:

11-13: *Certe – consumantur*: Ivo, Pan. I,148

11-17: *Certe – sacramenta*: Ps.-Remedius 1; Regino I,331; Burch., Decr. V,11; Polycarpus III,16,9. Ivo, Pan. II,125 (s. auch 31-35); Gratian D. XVI, c. 4 (s. auch 31-35)

11-17: *tanta – sacramenta*: Ivo, Decr. II,21

11-17: *tanta – sacramenta*: Gratian, D. II de cons., c.23 (s. auch 6-8 und 36-41)

18f.: *altaris – dentur*: Ivo, Decr. II,66

18-22: *De – inquinentur*: Ps.-Remedius 2; Burch., Decr. III,216; Ivo, Decr. III,266 (s. auch 28-34)

18-22: *altaris – inquinentur*: Sentenzen 243; Polycarpus III,16,30; Gratian D. I de cons, c. 39

22-36: *Nemo – domini est*: Gratian D. I de cons, c. 40

<sup>21</sup> *am Rande* percutiatur VD38

<sup>22</sup> altario *korr. aus* altaria O93

<sup>23</sup> reserventur VD38

<sup>24</sup> *am Rande* De acceptione corporis domini VD38

<sup>25</sup> *am Rande* De dominico copore veniens ad digestum I83

<sup>26</sup> commisceri *korr. aus* commiscere V630; commiscere I83; VD38

<sup>27</sup> *am Rande* ventriculos V630

<sup>28</sup> consumpserunt VD38

<sup>29</sup> vesperum *Sic korr. aus* vesperum O93

<sup>30</sup> sive VD38

<sup>31</sup> tractari *korr. aus* tractati V630

<sup>32</sup> baptisterium VD38

<sup>33</sup> transitus I83

<sup>34</sup> habeatur I83

diaconus scapulas operire velit, quae fuit in altare<sup>35</sup> aut certe, quae data est in mensam domini. Qui haec fecerit vel leviter quasi nihil et negligenter habuerit ministerio<sup>36</sup>, diaconus triennio sexque mensibus a dominico<sup>37</sup> erit altari gravi percussus anathemate<sup>38</sup>. Quod si clericum<sup>39</sup> presbyter non admonuerit<sup>40</sup>, decem annis et quinque mensibus excommunicatus sit, propter quod de dominicis sacramentis subiectiora<sup>41</sup> sibi non admonuerit<sup>42</sup> ministeria, et postea cum grandi humilitate matri reconcilietur ecclesiae. Pallas vero et vela, quae in sanctuarii<sup>43</sup> sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris intra sacrarium<sup>44</sup> lavet<sup>45</sup> 46 non eicientes foras a secretario<sup>47</sup> velamina dominicae mensae, ne forte pulvis dominici corporis male decidat<sup>48</sup>, sindone foris abluant<sup>49</sup>, et erit hoc<sup>50</sup> operanti peccatum, idcirco intra<sup>51</sup> sacrarium<sup>52</sup> ministris praecipimus<sup>53</sup> cum diligentia custodire. Sane<sup>54</sup> 55 pelvis nova comparetur, et praeter hoc<sup>56</sup> nihil aliud tangat. Sed non ipsa pelvis velis apponatur lavandis, quae ad dominici altaris cultum pertinent, pallae<sup>57</sup> in alia pelve laventur et in alia vela ianuarum. Etiam cura sit ostiariis ex admonitione<sup>58</sup> maiorum<sup>59</sup>, ne quis

### Quellen:

3-71: *Clemens – clericorum*: Sec. epistola Clem. (Op. Leon. M. ed. Baller. 3, 674).

### Rezeption:

28-34: *Pallas – vela*: Ps.-Remedius 2; Burch., Decr. III,216; Ivo, Decr. III,266 (s. auch 18-22)

<sup>35</sup> altari VD38

<sup>36</sup> ministerio] divina mysteria V630; ministerium VD38; ministeria O93

<sup>37</sup> dominico] dominico alienus V630

<sup>38</sup> am Rande Gl perditione V630

<sup>39</sup> clericos I83

<sup>40</sup> commonuerit V630

<sup>41</sup> subiecta V630

<sup>42</sup> commonuerit V630; amonuerit VD38

<sup>43</sup> sanctuario V630; VD38

<sup>44</sup> sacrarium lavet non eicientes foras a sacrario] sacrarium lavent non eicientes foras a sacrario et *korr. aus* sacrarium et VD38

<sup>45</sup> lavent I83

<sup>46</sup> lavet non eicientes foras a secretario *fehlt* O83; N442

<sup>47</sup> sacrario I83

<sup>48</sup> decidat] decidat a V630; *korr. aus* decedat VD38

<sup>49</sup> abluto V630; delata I83; abluant *korr. zu* delata VD38

<sup>50</sup> haec O93; V630; VD38

<sup>51</sup> intra sacrarium] in sacrario I83

<sup>52</sup> sacrarium *korr. aus* sacrium V630

<sup>53</sup> praecipimus] praecipimus haec sancta V630

<sup>54</sup> am Rande Pelvis vas ad pedes lavandos V630

<sup>55</sup> Sin VD38

<sup>56</sup> haec V630

<sup>57</sup> pallae in alia pelve laventur et in alia vela ianuarum. Etiam] Palle altaris sole in ea laventur De velis autem ianuarum V630; pallae] pallea O93; I83; Palla VD38

<sup>58</sup> amonitione I83

<sup>59</sup> maioris VD38; maior O93

35 negligens aut<sup>60</sup> ignarus ad velum ianuae domus domini manus incognite<sup>61</sup> tergat, sed statim  
 coercitus<sup>62</sup> discat omnis homo, quia velum atrii<sup>63</sup> domus domini<sup>64</sup> est. Praecipimus etiam, ne<sup>65</sup> cum  
 extero ecclesiae sive laico de fragmentis oblationum domini ponatur ad mensam. Unde scis<sup>66</sup> tu,  
 qui passim sacrarii panes indignis impendis<sup>67</sup>, unde nosti, si a mulieribus mundi sunt? Hinc et  
 David ab<sup>68</sup> Abimelech sacerdote interrogatus<sup>69</sup>, cum panes sibi ad comedendum posceret, si  
 40 mundus esset a muliere, cum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis<sup>70</sup>  
 manducavit.

[H. 46] Ad<sup>71</sup> dominica<sup>72</sup> mysteria<sup>73</sup> tales eligantur<sup>74</sup>, qui ante ordinationem coniuges suas noverint<sup>75</sup>. Quod  
 si post ordinationem ministro contigerit proprium<sup>76</sup> invadere cubile<sup>77</sup> uxoris, sacrarii non intret  
 limina, nec sacrificii portitor<sup>78</sup> fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus<sup>79</sup> holocausti oblationem

---

### Quellen:

3-71: *Clemens – clericorum*: Sec. epistola Clem. (Op. Leon. M. ed. Baller. 3, 674).

### Rezeption:

36-41: *Praecipimus – manducavit*: Ivo, Decr. II,86

36-41: *Praecipimus – manducavit*: Gratian, D. II de cons., c.23 (s. auch 6-8 und 11-17)

42-46: *Ad – officia*: Coll. Ans. ded. IV,43; Bonizo V,32 (beginnt *Ministri altaris, presbiteri sive diaconi, tales eligantur officia qui ante ordinationem proprias coniuges reliquerint* [vgl. I83])

42-46: *Ad – suggerat*: Anselm v. Lucca VIII,2 (beginnt *Ministri altaris, presbiteri sive diaconi, tales eligantur* [vgl. I83]; ersetzt 42 *noverint* durch *caste rexerunt vel absque coniugibus abstinentes vixerunt*); Ivo, Decr. VI,87 (beginnt *Ministri altaris, presbiteri sive diaconi, tales eligantur* (vgl. I83)r; ersetzt 42 *noverint* durch *caste rexerunt vel absque coniugibus abstinentes vixerunt*).

42-67: *Ad – adducant*: Polycarpus IV,32,1 (beginnt *Ministri altari, s presbiteri sive diaconi, ad dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem coniuges suas reliquerunt vel absque coniugibus continentis vixerunt* [vgl. I83] 45f.: *aquam – minora*] *aquam sacerdotum porrigat manibus ostia forinsecus claudat minora*; 46 altare] *altare vel calicem non* [vgl. I83]; 46-49: *si – poenam* fehlt); Gratian D. LXXXI, c. 19 (beginnt *Ministri altaris, presbiteri sive diaconi ad officia tales elegantur, qui continenciam servant. Si vero post ordinationem*; 45f.: *aquam – minora*] *nec propinet neque sine maioris natu auctoritate minore* 46: *ad altare*] *vel calicem ad altare* [vgl. I83]; *matronarum*] *matronarum ingrediatur*; 54-56: *Sed – sanare* fehlt; 61-64: *Iterum – impleri* fehlt) (s. auch 170f.).

---

<sup>60</sup> aut *korr. aus* au V630

<sup>61</sup> incondite V630; incognitate VD38

<sup>62</sup> *am Rande* prohibitus VD38

<sup>63</sup> atrii *fehlt* V630

<sup>64</sup> domini] domini sanctum V630; I83

<sup>65</sup> me I83

<sup>66</sup> scis *korr. aus* sis VD38

<sup>67</sup> *am Rande* praebes VD38

<sup>68</sup> a O93; ad I83; VD38

<sup>69</sup> interrogatur VD38

<sup>70</sup> propositionis *korr. aus* propositiones V630

<sup>71</sup> Ad] *Ministri altaris presbiteri sive diaconi ad* I83

<sup>72</sup> dominica] dominica autem O93; V630

<sup>73</sup> mysteria *fehlt* I83; ministeria VD38

<sup>74</sup> eligantur] eligantur officia I83

<sup>75</sup> reliquerunt I83

<sup>76</sup> propriae I83

<sup>77</sup> cubili I83

<sup>78</sup> portitor *korr. aus* portior O93

<sup>79</sup> offerendibus I83

- 45 suscipiat, nec ad domini<sup>80</sup> corporis portionem accedat<sup>81</sup>, aquam<sup>82</sup> se<sup>83</sup> sacerdotum<sup>84</sup> porrigat manibus<sup>85</sup>, ostia forinsecus claudat, minora gerat<sup>86</sup> officia, urceum sane<sup>87</sup> ad altare<sup>88</sup> suggerat<sup>89</sup> 90.-Si forte quispiam presbyter sive diaconus sacrarii sindonem<sup>91</sup> 92 vel<sup>93</sup> velum subtracta<sup>94</sup> vendiderit, Iudae similis aestimabitur Scariothis<sup>95</sup>, qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti<sup>96</sup> Iudae suscepturum poenam.
- 50 Clericus<sup>97</sup> vero<sup>98</sup> solus ad feminae tabernaculum non accedat, nec properet neque sine maioris natu principis iussione. Nec presbyter solus cum sola femina fabulas misceat<sup>99</sup>, nec archidiaconus aut<sup>100</sup> diaconus sub praetextu humilitatis officii frequentet<sup>101</sup> domicilia matronarum aut forte per clericos aut domesticos eius<sup>102</sup> matronae mandent secretim aliquid<sup>103</sup>. Si cognitum<sup>104</sup> fuerit, et ille deponatur et illa a liminibus arceatur ecclesiae. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo
- 55 suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire, pro interventu ipse pergat. Sin<sup>105</sup> autem, de latere

---

### Quellen:

3-71: *Clemens – clericorum*: Sec. epistola Clem. (Op. Leon. M. ed. Baller. 3, 674).

51-57: *nec – tribus*: sec. c. 5. conc. Afric. (cf. Ben. III. 28).

### Rezeption:

47f.: *Si – aestimabitur*: Ivo, Decr. II,65

47-49: *Si – poenam*: Ivo, Decr. VI,88; Gratian C. XVII, q. 4, c. 15

50-60: *Clericus – expleri*: Coll. Ans. ded. II,176

50-54: *Clericus – ecclesiae*: Gratian D. LXXXI, c. 20

50-56: *Clericus – sanare*: Ivo, Decr. VI,89

50-59: *Clericus – satanae*: Anselm v. Lucca VII,130

54-59: *Sed – satanae*: Gratian D. LXXXI, c. 21

---

<sup>80</sup> dominici V630; I83; VD38

<sup>81</sup> accedat] accedat nec V630

<sup>82</sup> aqua, *am Rande* sed aquam tantum O93

<sup>83</sup> se *fehlt* V630; I83; VD38

<sup>84</sup> sacerdotibus V630

<sup>85</sup> manibus] ad manus sed V630

<sup>86</sup> *am Rande* agat VD38

<sup>87</sup> sane] sane calicem V630

<sup>88</sup> altare] salutare non V630; salutarem calicem non I83

<sup>89</sup> *am Rande* subministrat VD38

<sup>90</sup> sufferat V630

<sup>91</sup> *am Rande* Gl. velam in lineum feminarum V630

<sup>92</sup> sindones I83

<sup>93</sup> vel velum] velut I83

<sup>94</sup> subtracta *korr. aus* subtrata N442; subtracte I83; subtractam VD38

<sup>95</sup> scariothi I83

<sup>96</sup> supradicto O93

<sup>97</sup> *am Rande* Non licere solis clericis cum mulieribus loqui N442; VD38

<sup>98</sup> vere I83

<sup>99</sup> misceatur N442

<sup>100</sup> aut diaconus *fehlt* VD38

<sup>101</sup> frequenter I83

<sup>102</sup> eius *fehlt* I83

<sup>103</sup> aliquid. Si cognitum fuerit, et ille deponatur et illa a liminibus arceatur ecclesiae *korr. aus* aliquit O93

<sup>104</sup> ignitum I83

<sup>105</sup> Si VD38

suo<sup>106</sup> dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc debeat<sup>107</sup> sanare<sup>108</sup>. Sane ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi<sup>109</sup> cum duobus aut tribus. Nemo tamen cum extranea habitet femina, nisi soror aut<sup>110</sup> proxima fuerit, et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non<sup>111</sup> ignoramus malicias<sup>112</sup> satanae. Universa haec cum mansuetudine ecclesiastica complenda sunt  
60 ministeria. Negotium enim dei non decet neglegenter expleri.

Iterum atque<sup>113</sup> iterum de fragmentis dominici<sup>114</sup> corporis demandamus. Calicem<sup>115</sup> vero ad perferendum sanguinem domini praeparatum cum tota ministerii mundicia minister praeparet, ne non bene lotus<sup>116</sup> calix diacono<sup>117</sup> peccatum fiat<sup>118</sup> offerenti, ita cum omni honestate<sup>119</sup> cuncta, quae supra exposuimus, oportet impleri.

65 [H. 47] Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne<sup>120</sup> possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint<sup>121</sup> digne opus dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant. A<sup>122</sup> principio epistolae usque ad<sup>123</sup> hunc<sup>124</sup> locum de sacramentis delegavit bene intuendi<sup>125</sup>, ubi non murium stercora inter fragmenta dominicae portionis<sup>126</sup> appareant, neque putrida per neglegentiam<sup>127</sup> remaneant clericorum, et  
70 convenientes, qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida, cum viderint, magis cum ridiculo<sup>128</sup> et fastidio videantur accipere et in peccatum magis decidunt per neglegentiam clericorum.

---

### Quellen:

3-71: *Clemens – clericorum*: Sec. epistola Clem. (Op. Leon. M. ed. Baller. 3, 674).

51-57: *nec – tribus*: sec. c. 5. conc. Afric. (cf. Ben. III. 28).

### Rezeption:

65-67: *Tales – adducant*: Coll. Ans. ded. V,62; Gratian D. XXIII, c. 4

---

<sup>106</sup> suo *korr. aus* suae V630

<sup>107</sup> debeant V630;

<sup>108</sup> scire VD38

<sup>109</sup> nisi *korr. aus* si N442

<sup>110</sup> aut *korr. aus* au VD38

<sup>111</sup> Non] Non enim *korr. aus* Non VD38

<sup>112</sup> militias O93; malicias *korr. aus* malicia I83

<sup>113</sup> ac I83

<sup>114</sup> domini V630; dominici *korr. aus* dominicis I83

<sup>115</sup> *am Rande* Ut sit calix domini mundus ne minister incurrat peccatum V630

<sup>116</sup> lotus] lotus dei I83

<sup>117</sup> diacono *fehlt* I83

<sup>118</sup> faciat I83

<sup>119</sup> honestitate VD38

<sup>120</sup> digne possint] possint digne VD38

<sup>121</sup> possint *korr. aus* possit N442

<sup>122</sup> *am Rande* GL V630

<sup>123</sup> ad *fehlt* V630; VD38; ad] in I83

<sup>124</sup> hoc VD38

<sup>125</sup> tuendis I83; intuenti VD38

<sup>126</sup> partionis I83

<sup>127</sup> neglentiam VD38

<sup>128</sup> ridiculo VD38

[H. 48] Quapropter nemo clericorum ultra haec dissimulet<sup>129</sup> aut negligere ullatenus audeat, sed libenter, quae iussa sunt, expleat, et sacramenta divina nequaquam negligenter contrectet<sup>130</sup>.

Ideoque tam iuvenes quam senes de his et de omni conversatione sua ac conversione et  
 75 poenitentia valde esse sollicitos<sup>131</sup> satisque agere, ut<sup>132</sup> haec condigne agant, et de reliquo ornament  
 tam clerici quam saeculares animas suas ornamentis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore  
 pudicitiae, splendore<sup>133</sup> iustitiae, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus comptam<sup>134</sup> decet esse  
 rationabilem mentem. Tum<sup>135</sup> praeterea declinare a consortiis inhonestis et infidelibus et societates  
 habere fidelium atque illos<sup>136</sup> frequentare conventus, in quibus de pudicitia, de iustitia, de pietate  
 80 tractatur. Orare semper deum ex toto corde et ab ipso petere<sup>137</sup>, quae decet, ipsi gratias  
 agere<sup>138</sup>, veram poenitudinem gerere<sup>139</sup> praeteritorum gestorum, aliquantulum etiam, si possibile est,  
 per misericordias pauperum iuvare poenitentiam. Per haec enim facilius venia dabitur et indulgenti  
 citius indulgebatur. Quod si provectoris aetatis sit is<sup>140</sup>, qui ad poenitentiam venit, eo<sup>141</sup> magis  
 gratias agere debet deo, quod, postquam fractus est omnis impetus concupiscentiae carnalis,  
 85 scientia<sup>142</sup> veritatis accepta nulla ei imminet<sup>143</sup> pugna certaminis, per quam insurgentes<sup>144</sup> adversus  
 animam reprimat<sup>145</sup> corporis voluptates. Superest ergo ei<sup>146</sup> in agnitione veritatis et misericordiae  
 operibus exerceri, ut afferat fructus dignos poenitentiae nec putet, quia in temporis<sup>147</sup> longitudine  
 documentum conversionis ostenditur et non in devotionis ac propositi firmitate<sup>148</sup>. Deo enim manifestae  
 sunt mentes, qui non temporum rationem colligit, sed animorum. Ipse enim probat, si,

---

### Quellen:

74-103: *Ideoque – agendum*: Clem. recogn. X. 43-46.

### Rezeption:

72-82: *Quapropter – poenitentiam*: Coll. Ans. ded. V,66

---

<sup>129</sup> *am Rande* negligat contemnat VD38

<sup>130</sup> *interlinear* peragat VD38

<sup>131</sup> sollicitos] sollicitos oportet V630

<sup>132</sup> et I83

<sup>133</sup> splendore] splendore eius VD38

<sup>134</sup> *am Rande* ornatam VD38

<sup>135</sup> *interlinear* deinde VD38

<sup>136</sup> illos *korr. aus* illis VD38

<sup>137</sup> petere *korr. aus* petre VD38

<sup>138</sup> agere veram poenitudinem gerere *korr. aus* agere N442

<sup>139</sup> *interlinear* agere VD38

<sup>140</sup> is *fehlt* O93

<sup>141</sup> *interlinear* tantum VD38

<sup>142</sup> scientiae O93; N442

<sup>143</sup> *interlinear* instat VD38

<sup>144</sup> insurgentes *korr. aus* surgentes O93

<sup>145</sup> reprimat *korr. aus* reprimat N442

<sup>146</sup> ei *fehlt* VD38

<sup>147</sup> temporis *korr. aus* tempris O83

<sup>148</sup> firmitatem I83

90 quae<sup>149</sup> agnita<sup>150</sup> veritatis praedicatione non distulit neque tempus negligendo consumpsit, sed  
 statim et, si dici potest, eodem momento praeterita perhorrescens futurorum desiderium cepit et in  
 amorem regni caelestis exarsit. Propter quod nemo vestrum ultra dissimulet nec retro respiciat, sed  
 ad evangelium regni dei libenter accedat. [H.49] Non dicat pauper, quia, cum dives factus fuero, tunc  
 convertar. Non requirit a te deus pecuniam, sed animum misericordem<sup>151</sup> et piam mentem. Neque  
 95 dives conversionem suam differat pro sollicitudine saeculari, dum cogitat, quomodo<sup>152</sup> dispenset  
 abundantiam frugum. Neque dicat intra semetipsum: Quid faciam? Ubi recondam fructus meos?  
 Neque dicat animae suae: Habes multa bona reposita in annos multos, epulare et laetare. Nam  
 dicitur<sup>153</sup> ei: Stulte, hac nocte auferetur<sup>154</sup> abs te anima tua, et quae parasti, cuius erunt? Itaque  
 festinet<sup>155</sup> ad poenitentiam omnis aetas, omnis sexus omnisque condicio, ut vitam consequatur  
 100 aeternam. Iuvenes quidem in eo grati<sup>156</sup> sunt<sup>157</sup>, quod in ipso impetu desideriorum cervices suas  
 iugo subiciunt disciplinae. Senes<sup>158</sup> et ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem, in qua  
 male praeventi sunt, pro dei timore commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur<sup>159</sup>. Quae enim  
 causa cunctandi<sup>160</sup> est ad bene agendum? Animus male sibi conscius, dum videtur sibi nullam  
 poenam pati, credit, quia non iudicet deus, cum abuti patientia<sup>161</sup> dei et non intellegere parentis  
 105 benignitatem iam sit magna damnatio. Unde scriptum est: Maledictus omnis, qui opus dei

## Quellen:

74-103: *Ideoque – agendum*: Clem. recogn. X. 43-46.  
 103-105 *Animus – damnatio*: Prosp. Aquit. sent. 138.  
 105f.: *Maledictus – agit*: Ier. XLVIII. 10.

## Rezeption:

93-110: *Non – tractatu*: Coll. Ans. ded. VII,92

<sup>149</sup> quis V630; I83

<sup>150</sup> interlinear cognita VD38

<sup>151</sup> am Rande pium iustum VD38

<sup>152</sup> quomo I83

<sup>153</sup> dicitur I83; VD38

<sup>154</sup> auferetur korr. aus aufertur N442; auferetur I83; aufetur VD38

<sup>155</sup> festinet korr. aus festine N442

<sup>156</sup> interlinear accepti VD38

<sup>157</sup> sint korr. aus sunt N442; V630

<sup>158</sup> Senes korr. aus Sanes V630

<sup>159</sup> interlinear dubitet VD38

<sup>160</sup> interlinear dubitandi VD38

<sup>161</sup> patientiam I83; VD38

- neglegenter agit<sup>162</sup> <sup>163</sup>. Quapropter pastoralis ordinis est infatigabiliter revocare, quicquid ad correctionem populorum, immo magis filiorum spiritalium, quantum est fas, intellegere, cognoverit pertinere, et non, quod absit, cum suo periculo alienae spei, per solam negligentiam facere detrimentum, sed quod ad<sup>164</sup> generalis salutis exspectat<sup>165</sup> <sup>166</sup> compendium, salubri necesse est
- 110 providere tractatu.
- [H. 50] Homini religioso<sup>167</sup> parum esse debet inimicitias aliorum non exercere vel augere male loquendo, nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit. Ecce oris nostri bucinam<sup>168</sup> ad aures omnium personamus, neque se deinceps excusabit non monitum, qui<sup>169</sup>, quicquid sequi debeat, tam verbis quam litteris edocetur.
- 115 [H. 51] Qualis<sup>170</sup> autem condemnatio et qualis imminet<sup>171</sup> maledictio eis, qui in patres peccant, divina nos docet scriptura. Si enim Cham filius Noe, cum vidisset nudum suum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalem<sup>172</sup> nuditatem, sed egressus nuntiavit eam<sup>173</sup> fratribus, et illi vestimento eam cooperuerunt<sup>174</sup>, ipse quidem Cham et illi, qui ex eo nati sunt, sub maledictione<sup>175</sup> facti sunt,

### Quellen:

- 106-110: *Quapropter – tractatu*: Turon. provinc. episc. ep. ad pleb. missa post syn. II. Turon. a. 567. (Mansi 9, 808).  
 111f.: *Homini – studuerit*: Prosp. Aquit. sent. 179. Cf. Calist. 6.  
 112-114: *Ecce – edocetur*: Turon. episc. ep. cit.  
 115-120: *Qualis – sunt*: Confess. rect. fid. Iustin, adv. III cap. (Mansi 9, 570).

### Rezeption:

- 111-114: *Homini – edocetur*: Coll. Ans. ded. V,67  
 115-122: *Qualis – facit*: Bonizo III,36  
 115-121: *Qualis – moliuntur*: Gratian C. II, q. 7, c. 9 (gekürzt und bearbeitet: *Qualis condempnatio eis immineat, qui in patres peccant, divina scriptura ostendit. Si enim Cham, quia non operuit pudenda patris, maledictus est, multa ampliori condempnatione digni sunt, qui patribus legatione dei fungentibus contumeliam inferunt.*)

<sup>162</sup> *interlinear* operatur VD38

<sup>163</sup> ait O93

<sup>164</sup> ad *korr. aus* a N442

<sup>165</sup> *interlinear* respicit VD38

<sup>166</sup> spectat V630; VD38

<sup>167</sup> religioso *korr. aus* regio V630

<sup>168</sup> bucina V630; N442; I83

<sup>169</sup> qui *fehlt* V630; I83; VD38

<sup>170</sup> *am Rande* De his qui in patrem peccant I83

<sup>171</sup> *interlinear* instat VD38

<sup>172</sup> corporalis V630

<sup>173</sup> eum V630

<sup>174</sup> cooperuerunt, ipse quidem Cham et illi, qui ex eo nati sunt, sub maledicto facti sunt, qui autem cooperuerunt *korr. aus* cooperuerunt V630 (maledictione] maledicto)

<sup>175</sup> maledicto V630

qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt. Multo magis isti<sup>176</sup> maiore et ampliore  
 120 condemnatione<sup>177</sup> digni sunt, qui patribus<sup>178</sup> obviare<sup>179</sup> 180 aut contra eos insurgere nituntur aut  
 iniuriam vel contumeliam eis inferre<sup>181</sup> moliuntur, quoniam, qui his resistit, deo resistit, et qui eis  
 iniuriam vel contumeliam facit, deo, cuius legatione funguntur, facit. Expavit caelum super hoc et  
 horruit amplius vehementer, dicit dominus. O intolerabilem malignitatem, o linguam loquentem  
 iniquitatem contra deum et mentem in altitudinem<sup>182</sup> cornu extollentem! Et iterum: Impone, homo,  
 125 tuae linguae ostium et seram. Cessa cornu in altitudinem extollens et loquens iniquitatem<sup>183</sup>  
 adversus deum et proximum suum<sup>184</sup>. Quousque insultas<sup>185</sup> 186 patienti Christo et fratribus?  
 [H. 52] Haec nos<sup>187</sup> familiaris docebat et haec publiciter<sup>188</sup> nobis praedictus magister et instructor atque  
 ordinator noster princeps apostolorum Petrus in ecclesia praedicabat exemplum dans, ut et nos  
 similiter faciamus. Humiliamini, inquit, in conspectu domini, et exaltabit vos. Nolite detrahere  
 130 alterutrum, quoniam, qui detrahit fratri, aut, qui iudicat fratrem suum, detrahit legi et iudicat legem.  
 Qui autem iudicat legem non est factor legis, sed iudex, unus est enim legislator et iudex, qui  
 potest perdere et liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Non oportet<sup>189</sup>, praecepit,  
 nos iudicare<sup>190</sup> invicem, sed magis auxilium ferre. Vae erit, inquit, his, qui fratres tribulant, et eis,  
 qui eos persequuntur. Vos autem, quanto<sup>191</sup> amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores

## Quellen:

120-122: *qui – facit*: sec. Ben. II. 99. III. 390. (conc. Aquisgr. a. 836. C. III. c. 7. et II Cor. V. 20).

122-124: *Expavit – extollentem*: collat. V. conc. II. Constant. (Mansi 9, 332). Cf. supr. 37.

124f.: *Et – seram*: Ecclesiastic. XXVIII. 28.

125: *Cessa - iniquitatem*, Ps. LXXIV. 6.

128f.: *exemplum dans - exaltabit vos*, Ioh. XIII. 15.

129-132: *Nolite - proximum*, Iac. IV. 11—14.

133-138: *Vae - caelo*, cf. Alex. 10, Fel. I. pp. 6.

<sup>176</sup> isti *korr. aus* isto O93

<sup>177</sup> condempnatione *korr. aus* condempnacione V630; *korr. aus* condempnationem I83

<sup>178</sup> patribus *korr. aus* tribus VD38

<sup>179</sup> *am Rande* contradicere VD38

<sup>180</sup> obiurgare *korr. aus* obviare V630

<sup>181</sup> *am Rande* praeparare VD38

<sup>182</sup> altitudine N442

<sup>183</sup> iniquitatem adversus deum] adversus deum iniquitatem V630

<sup>184</sup> tuum V630

<sup>185</sup> *am Rande* irrides VD38

<sup>186</sup> insultans I83

<sup>187</sup> nos *fehlt* I83

<sup>188</sup> publiciter nobis] nobis publice *korr. aus* nobis publiciter V630; publicum I83

<sup>189</sup> oportet] oportet non *korr. aus* oportet V630

<sup>190</sup> iudicare] iudicare in I83; VD38

<sup>191</sup> quanto *korr. aus* quanti V630

135 efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Quod<sup>192</sup> etiam ipse nos<sup>193</sup> <sup>194</sup>  
dominus docuit: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et idem: Beati eritis, cum vos  
oderint homines et persecuti vos fuerint et eiecerint nomen vestrum tamquam malum. Gaudete in<sup>195</sup>  
illa die et exultate, quoniam merces vestra multa est in caelo. Unde et ipse ait: Diliges dominum  
deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex totis viribus tuis, et proximum tuum  
140 sicut te ipsum. Non enim, inquit, diligit recte deum, qui fratrem insequitur, nec diligit proximum,  
qui ei detrahit, vel qui illum accusat, quia, quod sibi quis fieri non vult, hoc alteri nullatenus  
facere debet. Discite, filii<sup>196</sup> mei, inquit, sapientiam et tenetote<sup>197</sup> fidem rectam et amplectimini  
caritatem, ut non excidatis. Data est enim vobis a domino potestas et virtus ab altissimo, qui  
interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur<sup>198</sup> vestras. Qui autem custodierint<sup>199</sup> iustitiam,  
145 iuste iudicabuntur et, qui crediderint iusta, invenient<sup>200</sup>, quid respondeant. Semper cavetote<sup>201</sup>  
praecepit, ne aliquando peccato consentiamus et praetermittamus praecepta dei nostri.  
[H. 53] Ecclesias per congrua et utilia facite loca, quae divinis precibus sacrare oportet et in singulis  
sacerdotes divinis orationibus deo dicatos<sup>202</sup> poni, quos ab omnibus venerari oportet et non a<sup>203</sup>  
quoquam gravari<sup>204</sup>. [H. 54] Semper vitate<sup>205</sup> mala, et pro<sup>206</sup> animabus vestris ne confundamini<sup>207</sup> dicere  
150 verum. Mendacia fugite et veritatem<sup>208</sup> corde proferte, quoniam multos iam supplantavit<sup>209</sup> suspicio.

---

### Quellen:

- 136: *Beati qui - iustitiam*, Matth. V. 10.  
136-138: *Et idem: - caelo*, Luc. VI. 22. 23.  
138-140: *Diliges - ipsum*, Marc. XII. 30. 31.  
140f.: *quia - debet*, Ben. III. 198. (Tob. IV. 16.) Cf. Fab. 12, Dam. 14.  
142-145: *Discite - respondeant*, sec. Sap. VI. 3.4. 11.  
149-151: *Semper - adiuvate* sec. Ecclesiastic. IV. 23. 24. III. 26.

### Rezeption:

- 147-149: *Ecclesias – gravari*: Coll. Ans. ded. IV,44; Coll. Ans. ded. X,12; Polycarpus III,4,7; Gratian C. XVI, q. 7, c. 28  
(147f. *et – oportet* fehlt); Gratian D. I de cons. c. 13 (147f. *et – oportet* fehlt)

- 
- <sup>192</sup> Quod *korr. aus* Quo I83  
<sup>193</sup> nos *fehlt* VD38  
<sup>194</sup> nos dominus] dominus nos I83  
<sup>195</sup> in illa die *fehlt* V630  
<sup>196</sup> filii mei inquit] inquit filii mei V630  
<sup>197</sup> tenetote] tente totam N442; I83; VD38  
<sup>198</sup> am Rande investigabitur VD38  
<sup>199</sup> custodierit O93  
<sup>200</sup> invenient *korr. aus* inveni N442  
<sup>201</sup> cavetote] cavetote que *korr. aus* cavetote V630; cavetote] cave quod te VD38  
<sup>202</sup> am Rande consecratos VD38  
<sup>203</sup> am Randeab aliquo VD38  
<sup>204</sup> am Rande affligi VD38  
<sup>205</sup> am Rande prohibete VD38  
<sup>206</sup> per VD38  
<sup>207</sup> am Rande erubescatis VD38  
<sup>208</sup> veritate in I83  
<sup>209</sup> supplantavit *korr. aus* supplicavit V630

Caritatem semper diligite et fratres adiuuate. Erunt enim, quasi non sint, et peribunt viri, qui contradicunt vobis. Unde et dominus ait: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit, et qui me spernit, spernit<sup>210</sup> eum, qui me misit. Et idem: Qui enim non est adversum vos, pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquae in nomine meo, quia Christi estis, 155 amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et qui scandalizaverit unum ex pusillis<sup>211</sup> credentibus in me, bonum est<sup>212</sup> enim<sup>213</sup> magis, si circumdaretur mola asinaria collo eius et in mare mitteretur. Et si scandalizaverit te manus tua, abscide illam, bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam in<sup>214</sup> ignem inexstinguibilem<sup>215</sup>, ubi vermis eorum non moritur<sup>216</sup>, et ignis non exstinguetur<sup>217</sup>. Et si pes tuus te scandalizat<sup>218</sup>, amputa illum, 160 bonum est<sup>219</sup> claudum introire in vitam aeternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inexstinguibilis, ubi vermis eorum non moritur<sup>220</sup>, ut<sup>221</sup> supra. Quod si oculus tuus scandalizat te, eice eum, bonum est tibi luscum introire in regnum dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi vermis eorum non moritur<sup>222</sup>, ut supra. Omnis enim igne salietur et omnis victima salietur. Bonum est sal, quod, si sal insulsum fuerit, in quo illud salietis? Habete in vobis 165 sal et pacem habete inter vos, quia, quisquis vestrum recte docuerit et iuste vixerit, habebit gloriam. Qui<sup>223</sup> autem secus<sup>224</sup> egerit, indubitanter poenam sustinebit, ideo bona agere vos semper oportet, ut bravium<sup>225</sup> vitae<sup>226</sup> aeternae percipiatis. His ergo bene parete<sup>227</sup> sententiis, ne quis haec praecepta minime credat implenda et iudicio dei ignis aeterni tormenta sustineat, quia<sup>228</sup> ecclesiastici

---

### Quellen:

151f.: *Erunt - vobis*, Ies. XLI. 11.

152f.: *Qui - misit*, Luc. X. 16.

154-165: *Qui - vos*, Marc. IX. 39-49.

167-179: *His - audivi*, Clem. ep. II.

---

<sup>210</sup> *am Rande* deicit VD38

<sup>211</sup> *interlinear* minimis VD38

<sup>212</sup> *esset* N442

<sup>213</sup> *ei* N442; *ei korr. aus* enim V630

<sup>214</sup> *in* fehlt V630

<sup>215</sup> *inextinguibilem korr. aus* extinguiibilem O93

<sup>216</sup> *moritur korr. aus* morietur N442; morietur I83; VD38

<sup>217</sup> *extinguitur* V630

<sup>218</sup> *te scandalizat] scandalizat* te VD38

<sup>219</sup> *est tibi korr. aus* est V630

<sup>220</sup> *morietur korr. aus* moritur N442; morietur I83; VD38

<sup>221</sup> *ut supra] et ignis non* extinguitur V630; *ut supra* fehlt O93

<sup>222</sup> *morietur korr. aus* moritur N442

<sup>223</sup> *Qui autem] Quia* I83

<sup>224</sup> *am Rande* aliter V630; VD38

<sup>225</sup> *am Rande* praemium VD38

<sup>226</sup> *vitae aeternae] aeternae vitae* O93; V630; N442; I83; VD38

<sup>227</sup> *parete korr. aus* parate O93; parate VD38

<sup>228</sup> *quia* I83; VD38

operis sacra neglexerit.

170 Haec igitur, frater Iacobe, de ore sancti Petri iubentis audiui. [H.55] Si quis haec praecepta non integra  
 custodierit, sit<sup>229</sup> anathema usque ad<sup>230</sup> adventum domini nostri Iesu Christi. Haec praecepta a  
 sancto Petro apostolo accepi et tibi, carissime frater, insinuare curavi, ut servare omnia praecipias  
 sine macula. Si quis vero audierit te, utilis erit minister Christi Iesu. Qui autem non audierit te,  
 immo loquentem deum per te, ipse sibi damnationem accipiet<sup>231</sup>. Omnipotens deus, carissime, sua  
 175 te protectione custodiat, atque ad caelestis remunerationem patriae multiplici animarum fructu  
 perducatur. Deus te<sup>232</sup> iterum iterumque incolumem custodiat, reverentissime frater. Amen.

EXPLICIT.

### Quellen:

171-174: *Haec - accipiet*, fin. epist. cit.

174-176: *Omnipotens deus - fructu perducatur*, Greg. M. ep. IX. 121. (2,1028). Cf. Dam. ad Ital. Bonif. II. exempl. prec.

176: *Deus frater*, Greg. III. ep. ad Bonif. (int. ep. S. Bonif. no. 25. p. 68). Cf. Telesf. 5, Bonif. II. exemp. prec.

### Rezeption:

170f.: Si – Christi: Polycarpus IV,32,1 (s. auch 42-67). Polycarpus IV,42,4.

---

<sup>229</sup> set I83

<sup>230</sup> ad fehlt VD38

<sup>231</sup> acquiret I83

<sup>232</sup> te fehlt I83